

Heinrich Dringenberg

**Rector Universitatis Rostochiensis Hinricus Dringenberg/ Hebr. Ling. & Catech.  
Sacrae Profess. publ. ... Dn. Joannis Levini Ferberi, Hered. in Verchentin &  
Cassebaum. ICti. celeberrimi ... Funus ... Heic tamen in Academia publice  
solenniterque signat ac indicit : [P.P. Sub sigillo Rectoratus, die XIV. Octobr.  
Anno 1680]**

Rostochii: Keilenberg, 1680

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn746962827>

Druck    Freier  Zugang





Kl. 241. (2.) <SON>



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn746962827/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746962827/phys_0003)

DFG



31

RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**HINRICUS Dringenberg**  
Hebr. Ling. & Catech. Sacrae Pro-  
fess. publ. Facultatisq; Philosoph.

SENIOR,

VIRI Nobiliss. Amplissimi & Consultissimi

**DN. JOANNIS**  
**LEVINI FERBERI,**

Hered. in Berghentin & Cassebaum.

JCTi. celeberrimi,

Sereniss. PRINCIPIS ac DOMINI,

**DN. GUSTAVI ADOLFI,**

Ducis Meclenb. &c. &c. &c.


**DN. & PATRONI nostri Clementiss. CONSILIARII**  
gravissimi, FUNUS,

Si vel maximè extra Nos, & GUSTROVI  
efferendum tumulandumq;

Heic tamen in ACADEMIA publicè solenni-  
terque signat ac indicit.

ROSTOCHII,

Typis Vidua B. FRIDERICI KEILENBERGI,  
Universit. Typog.



# РЕДАКТОР

UNIVERSITÄT ROSTOCK

Help! Fine, as Correct, as Clear as It

les. bni. F. cuitiis. i. p. l. o. b.

D. IOANIS

# LEAVENWELL & RERI

1860. In Germany.

WINDBERG 21410199. *Winnib*

DN GUSTAVI ADOLFI


120-198-008698-8458674  
Dunces Mcgeep 8458674

DN. X PATERONI, Regis Consulari,  
Bisulliensi, F. D. S.

INOSTRANCI 3. m. 1916

*Hec imago in aeadem duplicitate.*





Ominem qvassum ac  
fragile vas esse, utq; dissipetur,  
jactatu saltē, non tempestate  
magnā opus habere, PHILO-  
SOPHORUM sapientissimi SE-  
NECÆ verissimum effatum est.  
Hominem animal esse imbecil-  
lum, nudum, svapre natura in-  
erme, alienæ opis indigum, ad  
omnem fortunæ ictum contu-

meliamq; projectum; cujuslibet feræ pabulum, cujusli-  
bet victimam; eidem adseveratum rectissimè est *Philoso-  
pho*. Nec minus illud quoqve: Ex infirmis fluidisq; con-  
textum, lineamentis tantum exterioribus nitidum, fri-  
goris, æstus, laboris impatientem esse hominem; ipso rur-  
sus situ & ocio iturum in tabiem. Deniq; etiam istud SE-  
NECÆ monitum; Anxiæ sollicitæq; tutelæ animal esse  
hominem, precarii Spiritus, & malè harentis, soli sibi  
semper nutrimentum vitiosum esse atq; inutile. Hinc  
exq; istis fundamentis invictè conclusum videoas, hujusc  
modi animal uti labatur aut concidat, magni profecto mo-  
limenti rem non esse. Odorem illi saporemqve, & lassitu-  
dinem, & vigiliam, & humotem, & cibū, omniaq; in uni-  
versum, absq; qvibus vivi nequeat, mortifera homini ex-  
stere.

stere. Qvocunq; sese moveat, infirmitatem secum trahere comitem, & tenuissimis caussis atq; offenditionibus dari præcipitem. Summam omnem unico Græcorum POETARUM princeps expressit, & hoc qvidem versiculo : Μηδενι  
ανθροποι γαῖα τοέφει ἀνθρώπῳ. Nihil terra homine alit debilius. Nemo itaq; mirabitur, IN MORTE NOS, MEDIA maximè dum sumus IN VITA, CONSTITUI. Est ita, inquit aliquo in loco. S. HIERONYMUS : per horarū momenta crescamus, atq; decrescimus, nec in eodem semper manemus statu. Quin vel id ipsum, quod loquimur, dictamus, & scribimus, de vita nostræ parte prætervolat. Maximo Hipponensium Doctori atq; Episcopo AUGUSTINO lib.13. de Civ. DEI, c. 10. Vita humana est velocissimus cursus ad mortem. Idem ipse lib. meditat. cap.21. impensè secummet ipso disputat, qværitq; qvâ vitam humanam ratione signare, aut appellare fas sit, dubitantiq; heic, ipsi sibi scrupulum tandem eximit, ut ajat causeturque, non morte esse dicendā, qvia sit vita, neq; verò etiam vitam, qvia semper moriamur; sed omnium rectissimè pronunciandam vitam mortalem; vel mortem vitalem; vel deniq; mixtam cum morte vitam. Enimverò qvemcunq; agamus diem, cum morte misceri, dividiq; cū eadem. Uti adeò prona etiam heic sit conclusio : In optimâ mediaq; vitâ esse atq; hærere nos in ipsis mortis faucibus. Sed enim Christianus non minus rectè cecinerit tamen : MEDIA MORTE IN VITA NOS ESSE. Neque enim mori credendi sunt, qui Spiritum habent immortalē, Aeternitatiq; consecratum. Qvæ dūm Mediolanensem EPISCOPO S. AMBROS, pensitarentur lib. de Mortis bono; Lucrum esse, ait, evassisse incrementa vitiorum peccatiq; lucrum effugisse deteriora & ad meliora transisse. Ceterum transfiri à corruptione ad incorruptionem, à mortalitate ad immortalitatem. Esse itaq; de nihilo, se nos Mortis no-

men

men offendit; eximum contra beneficium esse, si optati trans-  
ficius bona delectent. Nil enim mortem nisi veram vitam, i.e.  
depositionem peccatorum esse. Apostolorum Principi PAUL-  
LO, VITA CHRISTUS, & MORS IN LUCRO erat. Qyod  
ad VIRUM Nobiliss. Amplissimumq; cuius in gratiam hæc  
ita præfari ad lübuit, attinet, nec aliter ille unquam habuit,  
quam, dum vel maximè florentissimā vitā foret, in mediā  
tamē morte sese constitui; & nunc ubi grande sic satis ingru-  
eret senium, id peculiari quamdam præcipuāq; ratione de sese  
verificari. Carere autem rem, quamcumq; etiam parte ven-  
tilaretur, omni periculo; Esse jam Seni sibi Mortem nil nisi  
lepidissimam vitam; nec aliter suis existimaturum, si fors  
juvenem vegetum, apprimēq; valentem violentiora fata  
occupavissent. Nobis, quæ hujuscemodi occasionibus af-  
ferri memorarivè s'everunt, jam porrò attexere, sedet utiq;  
sententia. Natus est beatè FUNCTUS die 7. Julij, An. Seculi  
hujusce XVI. Hameloniae ad Visurgim, Patre VIRO Generos.  
ac maximè strenuo DN. ANTON. FERBERO, Sereniss. qvon-  
dam Brunsv. & Luneburg. Ducis, DN. HINRICH JULII, post:  
Magd. Administ: CAPITANEO; DN. in Bellersheimb.  
Matreque ornatissimā præstantissimaq; ANNA WEIDE-  
MANNIA. Avus ipsi paternus fuit VIR planè Eximus DN.  
RORINGUS FERBERUS, primarius Cassellani Landgravi-  
atus Prætor; Maternus verò DN. ARNOLDUS WEIDE-  
MAN, Sereniss Brunsv. & Luineb. Ducis in Heise & Bolze  
Præfectus. Aviam paternam habuit Feminarum lectissimam  
AMELIAM Ferberin; Maternam, CATHARINAM  
Prottin/Nobilem præstantemq; omnino Feminam. Pro-  
avo paterno gavisus est VIRO Ampliss. & Prudentiss. DN.  
BERNHARDO FERBERO, celeberrimæ Argentoratensis  
Reip. Senatore; Proaviā a. Maternā ELISABETHA Prot-  
tin/ Feminarum lectissimā, ex Nobili PROTTORUM fa-  
mi-

militia oriundā. Hoc natus sanguine est, hanc habuit è Parentibus Majoribusq; qui hanc nobis scribendi hodiè necessitatem imposuit, originem, ut licet sic satis eximiam, merè tamen mundanam carnalemque. Ut de nativitate longè excelsiori jure gloriari quiret, regenerari per aqam & Spiritum, adeòq; Conservatori CHRISTO, ejusdemq; Ecclesiae inferendum, ut primum in dias prodiret lumenis auras, curarunt Parentes optimi; & dein, qvum ætatis ratione id fieri ullo posset pacto, non modò domesticarum virtutum exemplis ad optima qvæque conati sunt studiosissimè ducere, verū etiam Præceptorum, qvos eam in rem optimos elegerant, eidemq; præfecerant, operā atq; industria, elegantioribus literis, è qvibus universa sapientia, tanquam ex fonte qvodam dimanat, singulari diligentiā tradiderunt erudiendum. Qvibus qvidem Manuductoribus jucundissimum præbebat spectaculum, & incomparabilem afferebat voluptatē, qvum nō segnior videretur in execuendis iis, qvæ jusserant, qvam ipsi erant in præcipiendis, qvæ fieri volebant. Qvæ res veluti futuræ frugis certissimum est indicium, ita puerilem commendare qvam maximè ætate sivevit. Haustis perceptisq; in Patriā literis, qvibus parari velut animi ad suscipiendam cuiusvis sapientiæ seminem adsolent, missus abs Suis est in ACADEMIAS, initio celeberrimam JULIAM; dein RÉGIONANTANAM; denique nostram hanc inclutam ROSTOCHIENSEM. Dùm & in hac, & in istā, & in illā hæreret, nihil omnino reliquit earum rerum, qvæ proposito servire, aut fini, qvem in Scholas REGIAS veniens obtenderat, exequendo ullā facere ratione viderentur. Præceptores PROFESSORESq; qvæ publicè, qvæ privatim legentes disputantesq; singulare studio atq; industriā auscultavit. Ipse verò etiam eò tandem progressus est usq; uti jam aliis foret solidissimè for-

man-

mandis, indeq; amplissimæ sibi conciliandæ laudi. Inclarescebat itaq; cotidiè magis magisq; VIRI virtus, & exquisitissima in JURÆ præcipuè eruditio. Hinc de honoribus & privilegiis PUBLICI DOCTORIS (privatum sic satis jam diu egerat) sollicitus, Nobiliss. Amplissimæq; Facultati apud nos JURIDICÆ nomine professus est, curatèq; rigorosèq; satis ab eadem examinatus, eū sese gessit, uti commuhi DNN. JCTORUM suffragio judicaretur dignissimus, qui publicâ atq; solenni, de TRANSACTIONE disputatione, vires perclitaretur suas, & UNIVERSITATI, qvis quantusq; foret, iret demonstratum. Habita est XLV. sub præsidio Ampliss. & Excellentissimi VIRI, DN. HINRICI RHANII, J.U.D. ac Prof. publ. celeberr. Inauguralis Disputatio, in qua tam stetit pulcrè præclareq; , uti vix unquam quæcumq; ad dubia, aut, quæ objectarentur à curiosissimis, argumenta, promptius, solidius doctiùsq; respondere meminerimus. Anno in sequenti XLVI. die 17. Julij. gloriosè J. U. DOCTORIS insigniataq; privilegia indeptus, post non ita multò, mense sc. octobri, cum Virgine elegantissimâ ornatissimâque ANNA CORVINIA, amores sociavit suos, Sacerumq; inde sibi conciliavit VIRUM pl. rev. & Excellentiss. DN. JOANNEM CORVINUM S. S. Theol. D. atq; apud Gedanenses Pastorem primarium. Matrimonium ab omni parte felix, pacatum, sive quæ satis perdurās fuit; sed neq; adeò extitit illibere, uti dena inde ordine proles nasceretur; mascula progenies in VI. Filiis, feminea in IV. Filiabus substituit. E denario utriusq; sexus numero non nisi mansere superstítantes Filii duo, nimir. DN. CAROLUS FRIDERICUS FERBERUS, VIR JUVENIS Clarissimus, & J. U. Doctorandus; dein præstans tissimus idemq; doctissimus Frater, GUSTAVUS, functum Parentem acerbissimè lugentes. Ceterum domicilium per aliquot annos LUBECA cum recens ducta uxore, pōlt

III-

LUNEBURGI fixerat. Reversus tandem ad MECLEBUR-  
GENSES, STERNBERGÆ numero Advocatorum dicaste-  
rii Provincialis adscriptus statim est, eoq; adeò feliciter se-  
dulòq; functus officio, uti anno L. à Serenissimo Principe,  
ac DOMINO, Dn. GUSTAVO ADOLFO, Duce Meclenb.  
&c.&c. Dn. & Patrono nostro clementissimo, inter JUSTI-  
TIÆ, qui vocantur, Consiliarios GUSTROVI gratosissimè  
constitueretur. Qvanqvam interlabente non minuto  
temporis spacio, functione, SERENISSIMO ità disponente,  
nec ipse nolens, mutaret, & à Consiliis FEUDALIBUS ho-  
norificam traheret denominationem.. Sed enim novo  
donatus CONSILIARII officio, sedē heic in Academiâ apud  
nos nostrâ delegit fixam perpetuamq; nisi qvōd subindēta-  
men in clementiss. PRINCIPIS negotiis per PROVINCIAM,  
adq; Autam etiam subiurde iret, adeòq; suæ ipsius, qvam  
jam sustineret, Provincie obseqveretur. Hoc itaq; statu,  
hacq; mansione, hoc vitæ genere constituto, surrepta do-  
lor! interveniente morte, mense Febr. An. 74. svavissima  
est & carissima Ixor. Quem casum qvo animo tulerit,  
facile qvivis, nobis vcl maximè tacentibus, poterit arbit-  
rari. Enimverò qvid esse unqvam acerbius tristiusvè que-  
at, qvam ubi duo rerum omnium communione, totq;  
annorum mutuâ consuetudine juncti, sanctissimèq; aman-  
tes, necessitate ultimâ divelluntur? Mansisset utiq; in  
statu calibe BEATUS NOSTER (adeò arctè impensèq;  
CORVINIAM dilexerat suam) ni & rerum familiarium  
curæ, &, qvæ identidem inrepebat, corporis imbecillitas,  
vitæ novam, qvæ & isti, & illis eximiè mederetur, vitæ to-  
riq; Sociam reqvisivissent. Proin faustissimo jam nunc  
qvoque sidere, alteris sibi nuptiis junxit Virginum deco-  
ratissimam clarissimamq; , AUGUSTAM-LUCIAM, VIRI  
Nobilis, ac Consultissimi Dn. AUGUSTI MEJERI, JCTI  
-qvon-

qvondam celeberrimi, Reverendissimiq; ac Celsissimi  
Episcopi Lübecensis, inferiorisq; Saxoniz Consiliarii in-  
timi, nec minus capituli Lübec. Canonici Senioris & The-  
saurarii filiam. Qvā cum si vel maximē saltem qvinquen-  
nium vixerit, adeoq; hic ipse torus priori, qvā diuturnita-  
tem, non responderit, nec qviverit ullā ratione respon-  
dere; non defuere tamen etiam isti nexū solidæ felici-  
tatis clarissima documenta. Tanta præcipue concordia  
utrinq; fuit, uti nulla major unq; inter Conjuges esse  
possit. Neq; verò valentem præterea & subinde per  
hoc qvinquennium bellè habentem tantum, verūm,  
etiam jam clinicum factum propensissimā ac benivolent-  
issimā mente prosecuta semper MARITUM est NOVEL-  
LA UXOR; mortemq; jam Ejusdem impensissimè luget.  
Munia, qvibus FUNCTUM SERENISSIMUS præfecerat,  
usq; eō executus semper est dextrè gnaviterq; ut V E R I  
indè Boniq; CONSILIARII laudem summo jure iudicis  
piceretur. Etiam viribus jam licet infractor, senioq; ve  
impeditior, nil tamen, quantum unq; in se foret,  
omisit eorum, qvæ ullā ratione PROVINCIAE, Serenissimiq;  
DOMINI saluti viderentur velificatura. Etcūm  
jam nil amplius per valetudinem qviret præstare salubre  
aut fructuosum, saltem ipsā mente, ipsis cogitationibus de  
~~Meclenburgensibus~~ non destitit bellè mereri. Morbum  
qvo perierit, extinctusvè sit, signavit Nobiliss. Experien-  
tissimus & Excellentissimus Dn. JOANNES BACMEIS-  
TERUS, Medicinæ D. ejusdemq; uti & Mathematum  
superiorum Profess. Publ. celeberrimus, Collega & Ami-  
cus noster honoratissimus, verbis, qvæ cādem, qvā ac-  
cepta abs nobis sunt, fide subjungeamus:

305

VIR

VIR Nobilissimus Ampl. & Consultissimus DN.  
JOANNES LEVINUS FERBER, JCTus Excellentissimus,  
& Serenissimi DUCis MECLENBURGICI Consiliarius  
quondam gravissimus, modo desideratissimus, post  
Affectum Hypochondriacum, quo in itinere Lunebur-  
gensia nuperime instituto, graviter fuit correptus, do-  
mum reversus, in multò periculosiorem morbum.  
Hydropem, ejusnè speciem. A sciten Medicis dictam,  
incidit; In qua Lympha & quantitate nimia, &  
q'ualitate vitiosa & loco inconvenienti peccans, multa  
eaq; horribilia produxit Symptomata: Abdomen  
quippe, Umbilicus & Pedes exinde insigniter intumu-  
re, impressiq; digiti vestigium aut retinuere; & q'an-  
vis Tumor pedum noctu nonnunquam disparuit, in-  
terdintamen in molem priorem iterum excrevit: Tis-  
sis continua fuit satis molesta: Difficultas respirandi  
tanta, ut quoties Sputus decubuit, suffocationis peri-  
culum imminere crediderit; qua propter moram diuti-  
nam in lecto sibi gravem & molestam sensuens, maxi-  
mam temporis partem, in sedili erectior trivit, saltem  
nt eo liberius faciliusq; spiraret. Insuper prater situm  
intensam, Appetitum ciborum prostratum, Febrem  
continuam, lentam tamen, Flatuum in stomacho & in-  
testinis abundantiam, Contabescitiamq; partium car-  
nosarum super abdomen positarum, acutissimo subinde  
dolore pleuritico, nec non catarrho, ad fauces defluente,

verba-

vexatus fuit. Quamvis jam ad hunc morbum, re-  
sensitis stipatum symptomatis, debellandum, varia  
indicationibusque omnibus apprime sati facientia  
medicamenta praecrip serim, propositum tamen sec-  
cum minimum obtinere potui, quin potius concedere co-  
actus fui, ut Catarrhus aliquis suffocatus subito  
magnog; impetu fancibus illabendo, sicc pulmonum  
bronchia, jam antea ab humoribus viscioribus fero-  
sioribusq; obsita, totaliter obsruendo, illum jugula-  
verit, ac ita è conspectu nostro, cum maximo suorum  
dolore, eripuerit.

Ita verba habent DN. MEDENTIS. Nos verbo addi-  
mus monemusq;ve; ita tandem functum VIRUM Sensem,  
Consiliariumq; gravissimum, uti nemo qviverit felicius be-  
atiusq;.. Qui enim praclare semper, & quantum humanæ  
conditionis imbecillitas patretur, piè inculpatèq;ve vixe-  
rat, is vero nec male mori, aut de statione, quam per tot  
heic annos obtinuerat, decedere poterat. Vos jam  
superstites, Tu lacrimis moeroribusq;ve mersa uxor; Vos  
item relieti FILI gravissimè pariter dolentes, meminisse  
oportebit, qvā conditione Maritum Patremq; acceperitis;  
sc. non ut proprietario jure possideretis, sed usum tantum  
fructumq; ex eodem nancisceremini. Reddetis itaq; re-  
poscenti haud nolentes DOMINO, qvod est suū. SENECAE,  
qvem sub initium commentationis allegavimus, audite  
verba, rectissimè, uti omnia ferè, statuentis; Nihil rerum  
mundanarum adeò, aut hāc dari lege, uti in peculium trans-  
eat nostrū, nostraq; sit eorum, qvæ dentur, peregrinis posses-  
sio. Collatiti saltem & ad DOMINUM verum reddituris  
instrumentis scenam heic adornari. Decere nos iurpromtu  
ha-

habere, qvæ in incertum diem data sint, & appellatos sine  
murmure aut querelâ reddere. PESSIMI ESSE DEBITO-  
RIS, CREDITORI FACERE CONVICIUM. Sæpè esse ad-  
monendum animum; uti amet, qvæ fors orbis hic conti-  
neat, tanquam brevi recessura, imo jam nunc recendentia.  
Nihil vel de hodiernâ die promittendum esse; qvin eam  
nimis magnam esse advocationem: Niſ promittendum esse  
de horâ. Ità denuò gentilis SENECA. Vos longè è divi-  
nis literis omnia edocti rectius, moderabimini dolori, inq;  
luculentissimâ Mariti Parentisq; virtutū imagine erecti fir-  
matiq;, tacebitis; qvam DEUS jam sortem immiserit, pa-  
tienter feretis, cavebitisq; omninò, NE DEBITORES in-  
grati CREDITORI benivolo FACIATIS ullum CONVI-  
CIUM. Ad NOS qvod attinet, qvum pedibus, tanquam  
extra nos tumulando, non possimus, saltem propensiore  
adfectu ituri sumus execvias, & nunquam TANTI  
VIRI in animis nostris memoriam ob-  
literari patiemur.

P.P. Sub sigillo Rectoratus,

die XIV. Octobr.

ANNO 1680.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn746962827/phys\\_0017](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746962827/phys_0017)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn746962827/phys\\_0018](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746962827/phys_0018)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn746962827/phys\\_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746962827/phys_0019)


DFG



temporis D E O mirabiliter dirige  
Etam, Patriam suam Helyetiam, Pra-  
linquens in Romanum imperium  
sincerum verbum DEI pro germina-  
vir juvenis, Linguarum, Historiarum  
os, (cujus amore cum primis flagraba-  
incubuit, ita ut Imperator Caiolu-  
Poetica, in quibus inter alia egregi-  
niae descriptis, non sine singulari an-  
stante Cæsaris documento) legit, ac  
reâ, quæ tum magna erat dignitas, e  
occasione stemma Nobile Fidlerianum  
Album Nobilium Romani Imperii  
& ultra, pro placito Cæsareo coopta-  
tem utriusq; sexus derivandum, p  
renovavit. Huncq; meum præno-  
licem Fidlerum ob singularem eruditio-  
ingenij & animi Heroici dotes, pro-  
buit. Hac Nobilitate quamvis no-  
gratiâ Domini mei Jesu Christi, in i-  
menter mihi immerito concessâ:  
pudet, sed magis me nobilitare ci-  
S. S. Ministerium, ad quod Domini  
ministrum suum destinavit. Hæc  
summa dignitas, omnes humanas di-  
titulos superans.

Natus autem sum Ego CONS  
LERUS, Dantisci Anno 1579. 6. I  
tina Patre VALERIO FIDLERO  
re, quondam Ducis Prussiæ Archi-  
Alberti Friderici Consiliario, M  
gard præclaræ Familiæ, & insignium

A 2



mē dete-  
jos dere-  
am, ubi  
enit, ceu  
& Poëse-  
ligenter  
opera.  
Germa-  
tate (te-  
ltrò lau-  
rit, & hac  
cum, ad  
centum  
osterita-  
Cæsareo  
vum Fe-  
ræclaros  
ario ha-  
sed solâ  
erio cle-  
jesus non  
ogiam &  
avit, &  
as: hæc  
onorum

IS FID-  
tâ matu-  
e Docto-  
ij Ducis,  
d Herm-  
atronâ,  
qua